Coram Officio, Actisq praesentibus, Castren. Capitan. Petricovien. personaliter Comparentes Gnosi Albertus de Stok Stokowski Suo, et Gnosae Zuzannae de Ruszenice Consortis Suae legitimae pro Cujus ratihabitione in forma Juris firma cavet nomine, et Antonius de eadem Stok Stokowski Filius eorum ab una, et Marianna de Zaborow olim Gnosi Thomae Dziurski Consors relicta Vidua Mater, et Casimirus ac Vladislaus Filij ejus parte ab altera, Sani recedendo recognoverunt, et quivis illorum Suo pro interesse recognovit, Quia ipsi Sibi ipsis mutuo et abinvicem Contractum Certum inter Se Recognoscentes ratione Obligationis Bonorum Villae Wola Zdzieszulska Seu Mazurowa, tum et aliarum Certarum rerum et Conditionum in eodem Contractu expressarum et Modo quovis Specificatarum hic in Oppido Radomsko Die Prima Mensis Augusti Conseriptum, Vadio Quatuor Millium Florenorum Polon. firmatum, manibus ab utrinq Partium Subscriptum, in omnibus ejusdem Contractus Conditionibus, punctis Clausulis Articulis, nexibus Vadio, tenore et ligamentis quatenus universis, tenere, Complere, exequi, et inviolabiliter observare. Se de Bonis ac Summis Suis quatenus omnibus Suis cum Successoribus inscribunt, Submittunt et obligant. Idq Sub Vadio Quatuor Millium Florenorum Polonicalium Citati hic respondebunt peremp[torie]

Felicianus de Krzemien Lang[...]icki Notarius Castren. Petricovien. m[anu] p[ropri]a

Ex Protocollo Actorum Castren. Petricovien. Extractum

Waliszewski

m[anu] p[ropri]a

Wola Zdzeszulska seu Mazurowa

Actum in Castro Petricoviensi, Sabbatho post Festum Sancti Petri in Vinculis proximo, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Octavo.

50

Coram Officio Actisq[ue] præsen[tibus] Castren[sibus] Capitan[eal]ibus Petricovien[sibus] personaliter Comparentes Gnosi Albertus de Stok Stokowski Suo, et Gnosæ Zuzannæ de Ruszenice Consortis Suæ legitimæ pro Cujus ratihabitione in forma Juris firma cavet Nomine, et Antonius de eadem Stok Stokowski Filius eorum, Sani recedendo recognoverunt, et quivis illorum Suo pro interesse recognovit: Quia ipsi Bona Sua propria et hæreditaria Villæ Wola Zdzieszulska Seu Mazurowa in Palatu Siradien[si], et Districtu Petricovien[si] jacen[tia] et Consisten[tia], una cum eorundem Bonorum Curia, Area, ædificijs, Structuris, agris, pratis, hortis Campis, Sylvis, nemoribus, indaginibus, rubetis, mericis, Stagnis parvis, et magnis piscinis, piscinulis, fluvijs, fluminibus, torrentibus, aquis et Aquarum quibusvis decursibus, Subditis utriusque Sexûs, Taberna, inseminationibus utrisq[ue] hyemalibus et æstivalibus, cumq[ue] omni præmissorum Bonorum Jure Dominio, proprietate, et Competentiâ usibus, fructibus Commodis, et emolumentis generaliter universis, Nihil penitus Sibi, et Suis Succ[esso]ribus ex præmissis Bonis reservando aut excipiendo, verum totaliter et plenarie Jam exnunc Gnosis Mariannæ de Zaborow olim Gnosi Thomæ Dziurski Conti relictæ Viduæ Matri, ac Joanni in Sæculo in Religione verò Vincentio Patrum Carmelitarum, tum Gnosis Casimiro, Michaëli, Francisco, ac Vladislao Dziurskim Filijs, ac Fratribus respective ipsorum

et illorum

et illorum Successoribus in Summa Quatuor Millium
Florenorum Polonicorum Moneta in Contractu eo Nomine inito
Circumscripta et Specificata, Iam exnunc realiter et
in effectu levata de qua ipsos praesentes quietant, hinc
ab Actu praesenti ad Crastinum Festi Nativitatis
Sancti Ioannis Baptistae in Anno Millesimo Septin-
gentesimo Vndecimo feliciter venturo, et in defe-
ctu protunc Exemptionis, extunc de Triennio ad Trien-
nium, Triennijs sese continue et immediate sequentibus
usque ad Exemptionem, et Summae praefatae plenariam
persolutionem obligant, et invadiant, Iureque et Nomine
Obligatorio et non alio inscribunt, Intromissionem
admittunt, Evictionem generalem Cavent, Idque Sub Poena
Quatuor Millium Florenorum Polonicalium, Citati
hic respondebunt p[...]torie.

Ex Protocollo Actorum Castrensium Petricoviensium [...]

Felicianus de Krzypa Swig[...]
[...] Notarius Castrensis
Petricoviensis manu propria

Waliszewski

Wola Zdzieszulska

Actum in Castro Petricoviensi, Feriâ Sextâ ante Festum Sanctæ Margarethæ Virginis et Martyris proximâ, Anno Domini, Millesimo, Septingentesimo, Decimo Sexto.

Coram Gnoso Mathia Pęgowski in rem et personam Mgci Stanislai de Ostrow Rychlowski Vicecapitanei et Judicis Loci præsentis ad Actum infrascriptum recognoscendum tantum Subdelegato, qui hoc onus Subdelegationis in Se libere assumpsisse fassus est, nec non et Officio Actisq præsentibus Castrensibus Capitanealibus Petricoviensibus personaliter Comparentes Gnosi Marianna de Zaborow olim Gnosi Thomæ Dziurski Consors derelicta Vidua Mater, tum Casimirus, Vladislaus, et Anna Gnosi Bernardi Skulski, ac Magdalena Gnosi Christophori Wysekowski Consortes legitimæ Dziurskie cum prædictorum Maritorum Suorum authoritate et assistentia, prænominati olim Gnosi Thomæ Dziurski cum eadem Gnosa Marianna de Zaborow procreati Filij et Filiæ, Sani recedendo recognoverunt et quivis illorum Suo pro interesse recognovit, Quia ipsi Suis et Religiosi Joannis in Sæculo, in Religione verò Vincentij Religiosorum Patrum Carmelitarum, tum Gnosorum Michaëlis, et Francisci Dziurskich Filiorum ac Fratrum respective Suorum pro quorum ratihabitione in forma Juris firma cavent nominibus Summam Suam pecuniariam ac prænominatorum Filiorum ac Fratrum respective Suorum Quatuor Millium Florenorum Polonicalium Sibi Recognoscentibus ac prædictis Filijs ac Fratribus respective Suis per Gnosos Albertum Patrem, et Antonium Filium de Stok Stokowskie Suo, et Gnosæ Zuzannæ de Rusienice Consortis ac Matris respective illorum Actis Castrensibus Sabbatho post Festum Sancti Petri in Vinculis proximo, Anno Domini, Millesimo, Septingentesimo, Octavo. Modo Obligatorio Super Bonis Villæ Wola Zdziesulska Seu Mazurowa inscriptam, et ad Solvendum assecuratam Una cum omni Summæ ejusdem Suæ Jure Dominio, proprietate, et Competentia, parataq Bonorum

eorundem

x

eorundem Intromissione, tuitione, evictione, ac pacifica in hoc tempus Possessione, Nihil penitus Sibi, et Suprascriptis Filijs ac Fratribus respective Suis, ac eorum Successoribus ex eadem Summa reservando aut excipiendo, Verum totaliter et plenarie Jam exnunc praenominato Mgco Stanislao de Ostrow Rychłowski Vicecapitaneo et Judici Loci praesens, et ejus Successoribus ob plenariam Sibi Summae ejusd persolutione demittunt, cedunt, et transfundunt cum potestate plenaria Intromissionis in Bona eadem admittunt, Evictionem respectu Summae levatae Cavent, Idq Sub Vadio Quatuor Millium Florens Polons, Citati hic respondebunt. Insuper Suprascri Recognoscentes mediante Suprascro recessu Suo, Se de Bonis ac Summis Suis generaliter omnibus Suis cum Successoribus Suprascro Mgco Stanislao de Ostrow Rychłowski Vicecapitaneo et Judici Loci praesens, et ejus Posteris inscribunt, Submittunt, et obligant, Quod ipsi debebunt ac tenebuntur Supradictos Religiosum Vincentium Patrum Carmelitarum, tum Generosos Michaëlem, ac Franciscum Dziurskich Filios ac Fratres respective Suos ad approbandam praesens Inscriptione Transfusoriam vel Similem huic faciendam ad Acta praesentia, vel alia quaevis Rni Authentica vim perpetuitatis habentia in Spatio Duodecem Septimanarum ab Actu praesenti computande Statuere, promissaq ab eis efficere, Intra verò tempus Statuitionis sunc tunc ipsum et ejus posteros in omni Judicio et Officio Rni tueri et evincere, Idq Sub Vadio Quatuor Millium Florens Polons, Citati hic re[...]debunt, peremptorie.

Ex Protocollo Actorum Castrens Petricoviens Extra[ctum]

Walisze[w]ski

Felicianus de Krempa Swięcicki Notarius Castren Petricovien, m.p.

4

D wolla Zdzeszulska

52

Actum in Castro Petricoviensi, Feriâ Sextâ ante Festum Sanctæ Margarethæ Virginis et Martyris proximâ, Anno Domini, Millesimo, Septingentesimo, Decimo Sexto.

Coram Gnoso Mathia Pegowski in rem et personam Mgci Stanislai de Ostrow Rychlowski Vicecapnei et Judicis Loci præsentis ad Actum infrascriptum recognoscendum tantum Subdelegato, qui hoc onus Subdelegationis in se libere assumpsisse fassus est, Necnon et Officio Actisq. pñtibus Castrens. Capitanal. Petricoviens. pñtr Comparens Gnosa Anna Dziurska, olim Gnosi Thomæ Dziurski, cum Gnosa Marianna de Zaborow Matrimonialiter procreata Filia, Gnosi vero Bernardi Skulski Consors legitima, cum ejusdem Mariti sui personali Consensu et assistentia, Sana recedendo recognovit; Quia ipsa accepta plenaria et sufficienti pro Bonis Paternis et Maternis Satisfactione videlicet Summâ Quingentorum Florenorum Polonicorum ex Summa Originali Quatuor Millium Florenorum modo obligatorio super Bonis Villæ Wola Zdziesulska seu Maturowa hærenti Die hodiernâ de manibus prædicti Mgci Stanislai Rychlowski Vicecapnei et Judicis Loci præsentis levata, se suo pro interesse concernenti, Bonis ejsdem Paternis et Maternis in Manus suprascripti Mgci Stanislai de Ostrow Rychlowski Vicecapitanei et Judicis Loci præsens abdicit, et abrenunciat, perpetuum sibi, et suis Successoribus [illegible]tione præmissorum omnium imponendo Silentium, hâc suâ p[illegible] recognitione ad præmissa mediante.

Felicianus de Łaganowski Vicenotarius Castrensis Petricoviensis mp

Ex Protocollo Actorum Castrens. Petricoviens. Extractt.

Waliszewski

manu propria

Wola Zdziszulska

\+

Actum in Castro Petricoviensi, Feriâ Sextâ ante Festum Sanctæ Margarethæ Virginis et Martyris proximâ, Anno Domini, Millesimo, Septingentesimo, Decimo Sexto.


53

Coram Gnoso Mathia Ęgowski in rem et persona Mgci Stanislai de Ostrow Rychlowski Vicecapnei et Judicis Loci præsentis ad Actum infrascrum recognoscendum tantum Subdelegato, qui hoc onus Subdelegationis in Se libere assumpsisse fassus est, Nec non et Officio Actisq Præs. Castrens. Capitans Petricoviens pñtr comparens Gnosa Magdalena Dziurska, olim Gnosi Thomæ Dziurski cum Gnosa Marianna de Zaborow Matrimonialiter pcreata Filia, Gnosi verò Christophori Wichowski Consors legitima cum ejusdem Mariti Sui personali consensu et assq Sana recedendo recognovit, Quia ipsa accepta plenariâ et Sufficienti pro Bonis Paternis et Maternis Satisfactione videlicet Summa Quingentorum Florens. Polons ex Summa Originali Quatuor Millium Florens. Modo obligatorio Super Bonis Villæ Wola Zdzieszulska Seu Makurowa hucusq hærenti, Die verò hodiernâ de Manibus prædicti Mgci Stanislai de Ostrow Rychlowski Vicecapnei et Judicis Loci præsens realiter Die hodiernâ in Actu Contentâ levatâ, Se Suo pro interesse Concernenti, Bonis ejsd Paternis et Maternis in Manus Suprascri Mgci Stanislai de Ostrow Rychlowski Vicecapnei et Judicis Loci præsentis abdicit, et abrenunciat, perpetuum Sibi, et Suis Successoribus pratione præmissorum omnium imponendo Silentium, hâc Suâ psonali recognitione ad præmissa mediante.

Ex Protocollo Actorum Castrens Petricoviens Extractt

Waliszewski

Felicianus de Krzemp Swigicki Notarius Castren Petricoviens. mp





Wola Zdzieszulska

Actum in Castro Petricoviensi, Feriâ Sextâ ante Festum Sanctæ Margarethæ Virginis et Martyris proximâ, Anno Domini, Millesimo, Septingentesimo, Decimo Sexto.

57


Coram Gnoso Mathia Pgowski in rem et personam Mgci Stanislai de Ostrow Rychlowski Vicecapnei et Judicis Loci præsentis ad Actum infrascriptum recognoscendum tantum Subdelegato qui hoc onus Subdelegationis in se libere assumpsisse fassus est, Nec non et Officio Actisq præsens Castrens Capitans Petricoviens pâtr Comparens Gnosus Bernardus Skulski sanus recedendo recognovit, Quia ipse Mgco Stanislao de Ostrow Rychlowski Vicecapitaneo et Judici Loci præsens et ejus Succoribus inscribit, submittit et obligat, Quod Idem Mgcus Rychlowski et ejus Succores ratione Summæ Quingentorum Florens Polons ex Bonis Villæ Wola Zdziesulska seu Maturowa profectitiæ Gnosam Annam Dziurska Consortem Suam Concernentis de manibus prædicti Mgci Stanislai Rychlowski die hodiernâ Actu Contentâ levatæ, et per se Recognoscentem Modo Debiti eid Conti Suæ inscriptæ, nullumq unquam à quopiam ratione ejusd habebit impedimentum. Interea vero alicujus exinde exoriundi extunc ipsum et ejus posteros in Omni Judicio et Officio Regni tuebitur et evincet, Idq sub Vadio Quingentorum Florens Polonicalium, Citatus hîc respondebit.

Ex Protocollo Actorum Castrens Petricoviens Extractt

Waliszewski

mpria

Felicianus de Krąpa Śnigocki Notarius Castren Petricovien



Wola Zdzieszulska

Actum in Castro Petricoviensi, Feriâ Sextâ ante Festum Sanctæ Margarethæ Virginis et Martyris proximâ, Anno Domini, Millesimo, Septingentesimo, Decimo Sexto.

55

Coram Gn̄oso Matthia Pęgowski in rem et personam Mḡci Stanislai de Ostrow Rychłowski Vicesapnei et Iudicis Loci præsentis ad Actum infrascriptum recognoscendum tantum Subdelegato, qui hoc onus Subdelegationis in Se libere assumpsisse fassus est, Nec non et Officio Actisq præsenl. Castren. Capitan. Petricovien. pntr Comparens Gn̄osus Christophorus Więckowski, Sanus recedendo regnovit. Quia ipse Mḡco Stanislao de Ostrow Rychłowski Vicesapneo et Iudici Loci præsentis, et ejus Succoribus de Bonis ac Summis Suis pecuniarijs gn̄aliter omnibus nunc habitis et in posterum habendis Suis cum posteris inscribit, Submittit, et obligat. Quod Idem Mḡcus Rychłowski et ejus Succores ratione Summæ Quingentorum Floren. Polon. ex Bonis Villæ Wola Zdzieszulska Seu Mazurowa profectitiæ Gn̄osam Magdalenam Dziurska Contem Suam Concernentis de manibus prædicti Mḡci Stanislai Rychłowski die hodiernâ Actu Contentâ levatæ, et per Se Recognoscentem Modo Debiti eidem Conti Suæ inscriptæ, nullum unquam à quopiam ratione ejusd. habebit impedimentum. Interea vero alicujus exinde exoriundi extunc ipsum, et ejus posteros in Omni Iudicio et Officio Regni tuebitur, et evincet Idq Sub vadio Quingentorum Floren. Polon. Citatus [...]spondebit peremptorie

Felicianus de Krzęmsa Srig. cihi Notarius Castren. Petricovien. mp̄

Ex Protocollo Actorum Castren. Petricovien. Extracti.

Waliszewski mp̄

ad Ressden s Zelyzna

Actum in Castro Petricoviensi, Feriâ Quintâ post Festum Sanctæ Margarethæ Virginis et Martyris proximâ, Anno Domini, Millesimo, Septingentesimo, Decimo Septimo.

56

Coram Gnoso Francisco Psarski, ad Actum infrascriptum Recognoscend in rem et Personam Mgci Stanislai de Ostrow Rychtowski Vice Capitanei et Judicis Loci praesens deservientem tantum assumpto Subdelegato, munus hoc Subdelegationis in Se libere Assumente, nec non Officio et Actis praesens Castrens Petricoviens personaliter Comparens Gnosa Zuzanna de Russenice Stokowska olim Gnosi Alberti de Stok Stokowski Consors derelicta Vidua, Bonorum infrascriptorum Antecedanea Hæredissa, Sana &c Recedendo &c Recognovit, Quia Ipsa Insistendo Submissioni, per Eund olim Gnosum Maritum suum, ratione Statuitionis, Amicorum suae Recognoscentis, ad Approband circa Donationem Medietatis Bonorum Villarum, Betchatow Betchatowek et Wola Zdzieszulska seu Mazurowa in Palatinatu Siradiensi et Districtu Petricoviensi Consistentium, per Se Recognoscens Cid Mgco Rychtowski Vice Capitaneo et Judici Loci praesens Coram Actis praesens Feriâ Quarta post Festum Sancti Francisci Confessionis proximâ Anno Domini, Millesimo Septingentesimo

Decimo Quarto recognitam factae, eliberandoq[ue] Suc-
cessores Eiusdem Mariti sui a rigore inibiq[ue] Speci-
ficato, in Casu non Statuitionis Succumbendo, Ca...
Donationem in Omnibus Punctis Tenore rigore
et ligamentis quibus universis, Approbat Con-
firmat et ratificat, roburq[ue] totum et integrum
illam habiturum esse temporibus perpetuis ...
et declarat. Haec Sua personali Recognition...
ad praemissa medi...

Ex Protocollo Act...
Castren[sium] Petricovien[sium] Ex...
Waliszewski

Felicianus de Krzyżanka Świg...
ski Notarius Castren[sis]
Petricovien[sis]

F. Ożyżanows...

ad Bzienkow

Actum in Castro Petricoviensi, Feriâ Quintâ post Festum Sanctæ Margarethæ Virginis, et Martyris proximâ, Anno Domini, Millesimo Septingentesimo, decimo Septimo


57


Coram Gnoso Francisco Zgarski ad Actum infrascriptum Recognoscendum in rem et personam Mgci Stanislai de Ostrow Rychtowski, Vice Capitanei et Judicis Loci præsentis Servientem tantum assumpto Subdelegato, munus hoc Subdelegationis in se libere assumente, necnon Officio et Actis præs. Castren. Petricovien. pntr Comparens Gnosa Zuzanna de Ruszemice Rusynska olim Gnosi Bartholomæi Rusynski, cum olim Gnosa Helisabethe Kowalewska Matrimonialiter procreata Filia, Gnosi vero Alberti Stokowski Consors legitima derelicta Vidua Bonorum Villæ Bzienkow Hæredissa, Sana. Recedendo. Recognovit. Quia Ipsa Bona Calcea propria Hæreditaria Villæ Bzienkow in Palatinatu Siradiensi et Districtu Petricoviensi jacentia et Consistentia, una cum eorund. Bonorum Curia Area Ædificijs Structuris Agris Pratis Hortis Campis Sylvis Borris Nemoribus Indagimibus rubetis mericis Stagnis parvis et Magnis, Piscinis, Piscinulis Fluvijs Flumini-

bus

bus torrentibus Aquis, et Aquarum quibuscu
decursibus et accursibus, Subditis Crietho
bus hortulanis Inquilinis tam in bonis Eis
residen[tibus] quam Profugis, ubivis Commoran[tibus] du
recuperandis, Taberna Molendino Insemina
tionibus Utrisq[ue] hyemalibus et Estivalibu
cumq[ue] Omni Eorund[em] Bonor[um] Iure Domin
proprietate et Competentiâ attinentijs Pert
nen[tiis] Cohæren[tiis] Usibus fructibus Proventi
redditibus Commodis et emolumentis gen
Universis, Nihil penitus Sibi et Suis Su
cessoribus, ex præmissis Omnibus reservan
et modo quovis excipiendo, verum ita la
longe et Circumferentialiter, prout eade
Bona in Suis metis et limitibus ab an
tiquo distincta et dislimitata extant
neri per Speciem et è Converso in Null
derogando. Iam ex nunc et defacto
Mg[nifi]co Stanislao de Ostrow Rychtowski
Capitaneo et Iudici Castri Petricovien[sis] et
Successoribus Dat, Donat, vendit, Infer
bit, et Resignat temporibus perpetuis,

potest





potestate plenaria, Intromissionem admittit, Evictionem Generalem, Idq; sub Damnis Terrestribus, simpliciter absq; quovis Iuramento Corporali taxandis, et edicendis Cavet, Citata Suis cum Successoribus hic respondebit peremptorie.

Ex Protocollo Actorum Castrẽ Petricoviens Extradita.

Felicianus de Krząpa Swięcki Notarius Castren Petricoviensis mp



Waliszewski 58

F. Ozyanowski

ad Gromotka

Actum in Castro Petricoviensi, Feria Quinta, Pridie Festi Transfigurationis Domini Nostri JESU Christi, Anno Eiusdem, Millesimo Septingentesimo Decimo, Septimo.

59

Coram Gnoso Stanislao Oczosalski in rem et Personam Mgci Stanislai de Ostrow Rychlowski, Vice Capitanei et Judicis Loci praesentis tantum Subdelegato, qui hoc Onus Subdelegationis in se libere assumpsisse fassus est, nec non et Officio Actisq praesens Castrens Capitans Petricoviens personaliter Comparens Religiosus in Christo Pater Hiacynthus Lubowidzki, Sacrae Theologiae doctor Conventus Petricoviens Ordinis Praedicatorum Prior Suo et totius Eiusd Conventus pro Cujus ratihabitione in forma Juris firma cavet Nomine Sanus Recedendo Recognovit. Quia Ipse Census qnli omnes à Summa Trium Millium Florens Polons per olim Gnosum Franciscum de Romiszewice Romiszowski Bonorum Villae Gromotka cum attinens Haeredem Conventui Sui Recognoscentis Actis praesens Feria Quinta in Crastino Festi Sancti Laurentij Martyris Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Octavo inscripta, a Crastino Festi Nati-

vitatis

vitatis Sancti Ioannis Baptistæ in Ann
Millesimo Septingentesimo Decimo Tertio
Diem hodiernam retentos Una cum Omni
Eorund Censuum Iure Dominio proprie
te, et Competentia, Nihil penitus Sibi et
Suis Succedaneis ex Iisdem Censibus
servando aut excipiendo verum totali
et plenarie, Iam exnunc Eid Mgco Sta
nislao de Ostrow Rychłowski Vice Capi
neo et Iudici Castren Petricovien et
ius Successoribus, accepta plenaria e
Sufficienti pro Annis Quatuor in pra
missis Censibus Satisfactione demitti
Cedit, et Transfundit cum potestate p
naria, Salvis Nihilominus Iisdem Ce
sibus pro Annis retroactis apud Hæred
et Anteactos Bonorum Eorund Possessor
retentos Sibi [illegible]vatis. Ex Protocollo
Castren Petricovien

Felicianus Swięcki Nota
rius Castren Petricovien



Waliszewski

Et Oyrzanowski

ad Pientkow

Actum in Castro Petricoviensi, Feriâ Secunda in Crastino Festi Assumptionis in Cœlum Gloriosissimæ Virginis Mariæ, Anno Domini, Millesimo Septingentesimo, Decimo Septimo.

60

Coram Gnoso Antonio de Obrachcice Bielski in rem et Personam Mgci Stanislai de Ostrow Rychtowski Vicecapitanei et Judicis Loci præsens tantum assumpto Subdelegato, qui hoc Onus Subdelegationis in se libere assumpsisse fassus est, Nec non et Officio Actisq praesens Castren Capitans Petricovien pnlr Comparens Nobilis Gregorius Komicki, licet visu Oculorum Carens, Sanus tamen mente et Corpore existens Recedendo Recognovit. Quia Ipse Summam Suam pecuniariam Ducentorum Florens Polon Sibi Recognoscenti per olim Gnosum Albertum Stokowski Actis praesens Feria Quinta post Festum Exaltationis Sanctæ Crucis proxima, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexto modo Debiti Simplicis cum Provisione inscriptam et ad solvend assecuratt tunc et Provisiones gnlr omnes ab ead Summa provenien Una cum Omni Summæ Eiusdem

Iure Dominio proprietate et Competentia,
hil penitus Sibi et Suis Successoribus e
ca Summa reservando aut excipiendo
num totaliter et plenarie, Iam ex nun
Ejus Mgco Stanislao de Ostrow Rychlo
Vicecapitaneo et Judici Loci praesenti et ill
Successoribus demittit, Cedit, et trans
dit cum potestate plenaria, Hac sua
personali Recognitione ad praemissa m
diante.



Ex Protocollo Acto
Castrensi Petricoviensi

Felicianus de Krzympa ...
...ick Notarius Castren
Petricoviensis m.p.

Waliszewski

L. Oyrzanow...

Zdzieszulice

Actum in Castro Petricoviensi, Feria Secundâ post Festum Nativitatis Gloriosissimæ Virginis Mariæ proximâ, Anno Domini, Millesimo, Septingentesimo, decimo Septimo. 61

Coram Gnóso Mathia Pęgowski in rem et Personam Mgei Stanislai de Ostrow Rychtowski ViceCapitanei et Judicis Loci præsens tantum Subdelegato, qui hoc Onus Subdelegationis in Se libere assumpsisse fassus est, necnon et Officio Actisq[ue] præns Castrens Capitans Petricoviens pnti Comparens Gnósa Catharina Dluska, olim Gnósi Joannis Dluski cum olim Gnósa Marianna Paprocka matrimonialiter procreata Filia, Gnósi vero Alberti Nieprzecki Consors legitima, in assistentia Eiusq[ue] Mariti sui Sana & Recedendo & Recognovit. Quia Ipsa accepta plenaria et Sufficienti de Bonis Paternis et Maternis de Manibus Mgei Stanislai de Ostrow Rychtowski ViceCapnei et Judicis Loci præsens ex Bonis Villæ Zdzieszulice, Sorteq[ue] Dluszczyzna nuncupata Satisfactione Bonis Eisdem Paternis et Maternis in Manus prædicti Mgei Stanislai

Rycht

Rychłowski Vice Capitanei et Judicis Loci p[…]
et illius Successorum abdicit et Abrenu[…]
ciat perpetuo, Illre sua personali Re
cognitione ad […]cta mediante.



Ex Protocollo Actorum […]strensis Petricoviensis Extrad[…]

Felicianus de Krempa Swi[…]
cki Camerarius Cra[…]
vdiensis Notarius Castren[…]
Petricoviensis

Waliszewski

[…] Oyrzanowski

Dzierżanice

Actum in Castro Petricoviensi, Feriâ Secundâ post Festum Nativitatis Gloriosissimæ Virginis Mariæ, proximâ, Anno Domini, Millesimo, Septingentesimo, Decimo Septimo.

62

Coram Gnoso Mathia Pęgowski in rem et Personam Mgci Stanislai de Ostrow Rychłowski ViceCapnei et Judicis Loci pntis tantum assumpto Subdelegato, qui hoc onus Subdelegationis in se libere assumpsisse fassus est Necnon et Officio Actisq[ue] pntibus Castren[sibus] Capitan[eal]ibus Petricovien[sibus] pnlr Comparentes Gnosi Sophia Dobrzełowska olim Gnosi Andreæ Politalski Consors relicta Vidua, Visu Oculorum Carens Sana tamen Corpore, et Martinus Filius Politalscij Sani [etc] Recedendo [etc] Recognoverunt et quivis illor[um] suo pro Interesse recognovit, Quia ipsi Gnosæ Catharinæ Dłuska olim Gnosi Joannis Dłuski cum olim Gnosa Marianna Paprocka matrimonialr procreatæ Filiæ Gnosi vero Alberti Niepręcki Consorti legitimæ et illius Successoribus Summam Centum Floren[orum] Polon[icalium] in Moneta

Solidana cum videlicet Summam quam ca
Gnosa Catharina Nieprzecka de Bonis Pater-
nis et Maternis ex Bonis Villae Zdzieso-
lice Sorteq Dtuszczyzna nuncupata Die
hodierna Actu Contenta levavit, de eaq Ab-
nuntiationem fecit modo Debiti Simpli-
cis pro Crastino Festi Nativitatis Sancti
Ioannis Baptistae proxime venturo Solu-
turos. Se de Bonis Suis Villae Borowa ...
isq gnlr omnibus Suis cum Successoribus
inscribunt Submittunt et Obligant Idq
Sub Vadio Simili. A qua quid Summa
quousq circa Se Recognoscentes et in Bo-
nis praefatis Suis haerebit, debebunt a
tenebuntur ab ea Provisionem Annu-
am per Florenos Decem quotannis pro
quolibet Crastino Festi Nativitatis Sancti
Ioannis Baptistae incipiendo ab Actu
Contentillusq ad plenariam Summae Eius
persolutionem, praevia Quietatione Manu-
ali Sive Authentica pendere et reali perso-
vere, Idq Sub Vadio Cuilibet Provisioni
Annuae Correspondenti, Citati pro toto ...
respondebunt peremptorie. Insuper Supra-
scripti Recognoscentes mediante Suprafe...

Recog

Wielmożny Imć Pan
Rychłowski
Woyski Piotrkowski
Pan y Dobrodziy moy
odbierze
w Bełchatowie

ster

Bo
a
w
pr
ch
tu

Feb
Swię
Pet

63

Recessu suo se de Bonis suis gnlr omnibus suis cum Successoribus Cid Mgco Stanislao de Ostrow Rychtowski et illius Successoribus inscribunt Submittunt et Obligant quod Ipsi in Tempore exolutionis Summae Suprascriptae Cand in Bonis mundis et liberis Palatus Siradiens ita ut non pereat locabunt, Interea vero alicujus exinde exoriundi Impedimenti, ex tunc Ipsi in Omni Judicio et Officio quovis Regni tenebuntur et evincent, Idq sub Vadio Simili. Citati hic respondebunt peremptorie.

Felicianus de Krempa Swięcicki Notarius Castr. Petricovien. m.p.



Ex Protocollo Actorum Castrensium Petricoviens Extractum.

Waliszewski

L. Oyrzanowska

Actum in Castro Petricoviens.
Sabbatho post Festum Sancti
Michaelis Archangeli proxim.
Anno Domini, Millesimo, Septin-
gentesimo, Decimo Septimo.

Coram Gnoso Chrisosthomo Kuczowski in rem et personam Mgci Stanislai de Ostrow Rychlowski Vice Capitanei et Judicis Loci praefati tantum assumpto Subdelegato, qui hoc Onus Subdelegationis in Se libere assumpsisse fassus est, Necnon et Officio actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal. Petricoviens. personaliter Comparens Gnosa Constantia Pegowska olim Gnosorum Stephani Pegowski, et Annae de Kuczowow Conjugum Filia, olim vero Gnosi Venceslai Niewiadowski Consors relicta Vidua Sana Recedendo & Recognovit. Quia Ipsa Summam Suam pecuniariam Quingentorum Florenorum Polonicalium Sibi Recognoscenti Actis praesentibus per olim Gnosos Albertum Patrem et Antonium Filium de Stok Stokowskie Feria Secunda post Dominicam Laetare Quadragesimalem proxima, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quarto, Una cum Provisionibus inscriptam, et ad Solvendum assecuratam Decretoque Judicii Officii praefati Feria Secunda post Festum Sanctissimae et Individuae Trinitatis

proxima

proximâ, proxime praetenta, Interlanc Gnisam Recognoscentem Actricem ab Una et Gnosam Euzannam de Rupienice Stokowska, Ejusq olim Gnosi Alberti de Stok Stokowski, Consortem relictam Viduam Citatam parte ab Altera prolato adjudicatam, Una cum Omni Summae Ejusd Jure Dominio proprietate et Competentia, Nihil penitus sibi et suis Successoribus ex Ead Summa reservando aut excipiendo, Verum totaliter et plenarie, Jam ex nunc Mgro Stanislao de Ostrow Rychtowski, Vice Capitaneo et Judici Loci pterp et illius Successoribus, ob plenariam sibi Summae Ejusd persolutionem demittit Cedit et transfundit cum potestate plenaria. Haec suâ personali Recognitione praemissa mediante.

Ex Protocollo Actorum Castrens Petricoviens Extradita

Felicianus de Krempa Longniki Notarius Castrens Petricoviens. mppria

Waliszewski mppria

Lt. Ojrzanowski

Actum in Castro Petricoviensi, Sabbathô post Festum Sancti Michaelis Archangeli proximô, Anno Domini Millesimo, Septingentesimo, Decimo Septimo.

Coram Officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Petricoviensibus personaliter Comparens Generosa Constantia Zegowska olim Generosi Venceslai Meniadowski Consorte relicta Vidua Sana Recedendo et Recognovit. Quia Ipsa Generosam Zuzannam de Rusienice olim Generosi Alberti Stokowski Consortem relictam Viduam et Eius posteros de Condemnatione poenae Banitionis ex parte Sua Sigmitis super eadem Generosa Stokowska in Judiciis Officii praesentis Feria Secunda post Festum Visitationis Gloriosissimae Virginis Mariae proxima proxime praeterita Obtenta et publicata ac toto processu Judiciario ratione Summae Quingentorum Florenorum Polonicalium per eundem Generosum Albertum Parentem et Antonium Filium Stokowskie Sibi Recognoscenti inscriptae obtento et producto ac Manifestationibus et Protestationibus quibuscunque Cum informatione Coram Actis quibuscunque factis quietat absolvit et liberam mittit, praemissaque tollit, Cassat, Mortificat, et Annihilat perpetuo. Hac sua personali Recognitione ad praemissa medi[ante]

Felicianus de Krzypa Swiq... Notarius Castrensis Petricoviensis manu propria

Ex Protocollo Actorum Castrensium Petricoviensium Extractum

Waliszewski

A. Ozyrzanowski

Actum in Castro Petricoviensi, Sabbatho post Festum Sancti Michaëlis Archangeli proximô, Anno Domini, Millesimo, Septingentesimo, Decimo Septimo.

Coram Gnôso Casimiro Cyrzanowski in rem et Personam Mgci Stanislai de Ostrow Rychlowski ViceCapitanei et Judicis Loci prae sens tantum assumpto Subdelegato, qui hoc Onus Subdelegationis in Se libere assumpsisse fassus est, nec non et Officio Actisq praesentibus Castren Capitaneal Petricovien, pnlr Comparens Gnosa Petronella Pegowska olim Gnosorum Stephani Pegowski et Annae de Komorow Conjugum legitimorum Filia, Gnosi vero Francisci Blesz... ski Consors legitima, in Assistentia Ejusdem Gnosi Mariti sui Sana et Recedendo et Recognovit, Quia Ipsa Summam suam pecuniariam Quingentorum Florenorum Polon Sibi Recognoscenti per olim Gnosos Albertum Parentem et Antonium Filium de Stok Stokowskie, Feria Secunda post Dominicam Laetare Quadragesimalem proxima, Anno Domini, Millesimo Septingentesimo Quarto

una cum Provisione inscriptam et ad solvendum
assecurati una cum omni Summae eius
Iure Dominio proprietate et competentia ni-
hil penitus Sibi et Suis Successoribus in
eadem Summa reservando aut excipiendo
Verum totaliter et plenarie Iam ex nunc
eidem Mgco Stanislao de Ostrow Rychtowski
ViceCapitaneo et Iudici Loci praefati et illius
Successoribus ob plenariam Sibi Summae
eiusdem persolutionem demittit cedit et trans-
fundit cum potestate plenaria. Haec sub
personali Re[...] ne ad praemissa medi[...]

Felicianus de Krempal[...]
[...] Notarius [...]
Petricoviens.

Ex Protocollo Actorum
Castrensium Petricoviensium Extra[...]

Waliszewski

[...] Oyrzanowski

Bieńkow

Actum in Castro Petricoviensi, Sabbatho post Festum Sancti Michaelis Archangeli, proximo Anno Domini, Millesimo, Septingentesimo, Decimo Septimo.

Coram Gnoso Casimiro Ożarnowski in rem et personam Mgci Stanislai de Ostrow Rychłowski Vicecapitanei et Judicis Loci Ptens tantum assumpto Subdelegato, qui hoc Onus Subdelegationis in se libere assumpsisse fassus est, Necnon et Officio Actisq Ptens Castrens Capitans Petricoviens pntr Comparentes Gnosi Thomas et Stanislaus de Karlin Karlinscij Fratres inter se germani, Bonorum Sortium Certarum in Bonis Witkowice Paltu Siradiens et Districtu Radomsiensi Consistens Haeredes, Sani & Recedendo & Recognoverunt et quivis illor suo pro Interesse Recognovit. Quia Ipsi Gnosae Petronellae Pęgowska Gnosi Francisci Oleszynski Consorti legitimae et illius Successoribus Summam Quingentorum Florens Polon et quidem Trecentorum Sexaginta Florens Polons in Aureis Hungaricalibus quemlibet Aureum Hungaricalem Florenis Octodecem Polons Computando, Centum vero Quadraginta florens in Moneta Argentea videlicet Taleris Imperialibus quemlibet Talerum Imperialem Florens Octo Polons Nu-

mejand

merando, Eam videlicet Summam quam Ca
Gnosa Blesrynska, de Manibus Mgci Stanis
de Ostrow Rychlowski Vicecapnei et Judicis Ca
pterq Bonorq Villæ Bzenkow moderni Hæred
ex Bonis eisq Die hodierna levavit, modo D
biti Simplicis, hic pro Crastino Festi Nati
tatis Sancti Joannis Baptistæ proxime v
turo Soluturos Se de et ex prædictis Sorti
Suis alijsq gnlr Omnibus Suis cum Suc
soribus inscribunt Submittunt et Obligan
Idq Sub Vadio Simili. A qua quidem Sum
ma quousq circa Se Rgntes et in bonisq
hærebit, debebunt ac tenebuntur ab ea Pr
visionem annuam per Florenos Quinqua
ta quotannis pro quolibet Crastino Fest
Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ
incipiendo, a proxime venturo, quoniam
Ips pro Anno pterq est Satisfactum, d
qua Ipa pterq quietat, usq ad plenam a
Sibi Summæ eiusq persolutionem p
Quietatione Manuali sive Authenq pe
dere et realiter persolvere, Idq sub Va
Cuilibet Provisioni Annuæ Correspondent
Citati pro toto hic respondebunt peremp
riè. Insuper Suprascripti Recognoscen
mediante Supraseripto Recessu suo Se d

Bon

Bonis suis qulit omnibus suis cum successoribus, eid Mgco Stanislao Rychlowski Vicecapitaneo et Judici Loci ptenti et illius successoribus, inscribunt submittunt, et Obligant, Quod Ipsi in Tempore exolutionis summæ prædictæ cavent in bonis mundis et liberis, Paltus ptenti Sieradiensi ita ut non pereat nullumq eid Mgcus Rychlowski Vicecapneus et Judex Loci præsenti a quopiam habebit Impedimentum locabunt Interea alicujus exinde exoriundi, extunc Ipsi in Omni Judicio et Officio Regni tuebuntur et evincent, Idque sub Vadiis Simili, Citati hic respondebunt peremptorie

Felicianus Swiąski
Notarius Castrensis
Petricoviensis mp

Cum Protocollo Actorum
Castrensis Petricoviensis Extradita
Waliszewski
mpria

L. Ozarzanowski

Wolla Zdzeszulska

Actum in Castro Petricoviens
Sabbatho post Festum Sancti Fran-
cisci Confessoris proximo, Anno
Domini, Millesimo, Septingen-
tesimo, Decimo Septimo.

Coram Gnoso Stanislao Bleszynski, in rem et
personam Magnifici Stanislai de Ostrow
Rychlowski, Vicecapitanei et Judicis Loci praefa-
tantum assumpto Subdelegato, qui hoc Onus
Subdelegationis in se libere assumpsisse fassus
est, Nec non et Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capi-
taneis Petricoviensibus, personaliter Comparens Gnosus Mi-
chael Dziurski olim Gnosi Thomae Dziurski
cum Gnosa Marianna de Zaborow procreatus
Filius, Sanus et Recedendo et Recognovit. Quod
Ipse eliberando a Submissione Gnosos, tandem
Gnosam Mariannam Matrem suam, tum Ger-
minum Vladislaum, Annam Gnosi Bernardi
Skulski, Magdalenam Gnosi Christophori Wo-
chowski Consortes legitimas Fratres et Sorores
suos Dziurskie ad approbandum Transfusio-
nem per Ipsos in personam Eiusdem Magni-
fici, Stanislai Rychlowski Vicecapitanei
et Judicis Loci praesentis Summae Quatuor Mil-
lium Florenorum Polonicorum per olim Gnosos Albertum
Patrem et Antonium Filium Stokowskie modo
Obligatorio Super bonis Villae Wola Zdziesul-
ska [illegible] Mazurowa inscriptae, ac Scripto Certo

manu

manuali pro Interesse sui Recognoscentis ac aliorum Fratrum suorum, Die Decima Julij Anno millesimo Septingentesimo Decimo Sexto Assecuratam, atque ad Acta Officij praesentis, Feria Sexta ante Festum Sanctae Margarethae Virginis et Martyris, Anno eodem perlatam porrectam, factam, eandem Transfusionem in personam eiusdem Magnifici, Rychtowski Vicecapitanei et Judicis Loci praesentis ob plenariam Summae Quingentorum Florenorum Polonicorum Sibi Recognoscenti erga alios Fratres suos pro Interesse suo provenientis persolutionem Approbat Confirmat et ratificat praesens, Summamque eandem in Personam eius et Ipsius Successorum demittit Cedit et transfundit, cum potestate plenaria, Intromissionem in bona eadem Admittit, Evictionemque respectu Summae levatae Cavet, Idque Sub Vadio Simili, [...] hic respondebit peremptorie.

Ex Protocollo Actorum Castrensium Petricoviensium Extradatum

Ferdinandus de Krempa [...]vski Notarius Castrensis Petricoviensis manu propria

Waliszewski manu propria

Hoc [...] anno [...] Casimirus Dziurski habita licentia a [...] et [...] fraternitate levavit pro capite Vincentij in religione totum quod ipsi debebatur et omnes ad [...] satisfecit.

[...] Oyrzanowski

Actum in Castro Petricoviensi Feria Secunda post Dominicam Judica Quadragesimalem proxima, Anno Domini Millesimo Septingentesimo, Decimo Octavo.

Coram Gnoso Boguslao Stanczewski ad Actum infrascriptum in rem et personam Mgci Stanislai de Ostrow Rychlowski Vexilliferi Syradiensis Vicecapitanei et Judicis loci praesentis ac Judiciorum Tribus Regni ex Palatu eodem Syradiensis Vice Mareschalci Servientis regnesow tantum assumpto Subdelegato Munus hoc Subdelegationis suae in se libere assumente, necnon Officio et Actis praesentibus Castrensibus Petricoviensibus personaliter comparentes Generosi Mathias et Petrus Legowscy Gnosorum Floriani Legowski, et Annae Korycka Conjugum Lemorum Filii Sui et Gnosae Mariannae Legowska Virginis Innuptae Sororis Suae Germanae, pro cuius ratihabitione in forma Juris firma Cavent Nomine, Jani praecedendo Recognoverunt et quivis illorum Suo pro interesse recognovit, Quia ipsi Summam Octingentorum Quinquaginta Flor. Polon. eisdem Gnosis Parentibus Suis per Gnosos Albertum Patrem et Antonium Filium Stokowskie Actis praesentibus in Kamiensko, Feria secunda post Festum Visitationis Gloriosissimae Virginis Mariae proxima, Anno Dni Millesimo Septingentesimo, Decimo, Sub Omnibus Bonis Suis et Summis pecuniariis, modo Debiti una cum Provisione ad solvendum Assecuratam, Cum Omni eiusdem Summae Jure Dominio proprietate et Competentia eiusdem Inscriptionis Vadio Tenore et ligamentis quibusvis Universis, nihil penitus Sibi et Suis Successoribus, eidemque Sorori Suae a praemissis reservando, excipiendo. Verum totaliter et plenarie, Jam ex nunc et defacto in Personam eiusdem Mgci Stanislai de Ostrow Rychtowski Vexilliferi Syradiensis Vicecapitanei et Judicis loci praesentis ac Judiciorum Tribunalium Regni ex Palatu eodem Vice Mareschalci et ipsius Successorum accepta ab ipso plenaria Satisfactione, dimittunt Cedunt et transfundant, Cum potestate plenaria Submittendo Se nihilominus de Bonis Suis quibusvis Omnibus Suis cum Successoribus, eidem Mco Vice Mareschalco Tribl. Regni, quod ipsi debebunt et tenebuntur, Suprascriptam Gnosam Mariannam Legowska

Dęgowska sororem suam, ad approbandam eand[em] Inscriptionem transfusionam ad Acta p[rae]sent[ia] seu alia quaevis Authen[tica] Regni vim perpetuitatis habentia in decursu duodecem septimana[rum] adducere, ac eidem Ipsimet Recognoscen[ti] Assistentiam p[rae]bere, Intra vero ipsius Statuitionem ab omnibus Impedimentis ex re et p[er]sona eius exoriun[dis] [...]eri et evincere, Idq[ue] sub vadio sum[m]ae et p[oe]na[e] ipsi[s] concernen[tis] Con[...]den[tis], Citati hic respondebunt per emptorie

Ex Prothocollo Actor[um] Castren[sium] Lenicovien[sium] Extract[um]

Felicianus de Krempa Swięcicki Notarius Castren[sis] Lenicoviensis

Waliszewski

Z[...] Dyrzanowski

Ja niżey podpisany daię te moie assekuracyą J[egomości] P[anu] Stanisławowi Rychłowskiemu Chorążemu Sieradzkiemu, Sedziemu Grodzkiemu, Jemu[...] się dosyć stało w należytosci wypłatu moiey z którey kwarty do[...] ktory moie kwitowany bedzie wziąn kontusz jedwabny, Żupan atlasowy stary, kopia ośmdziesiątego płowe pięcy dzieścio złotych z tego odebrania y że mi się dosyć stało przedonego Jego[mości] kwituie. Działo się w [...] wodowie dnia 10 Styczni[a] 1719

Item daię temuż Sprawstwemu Franciszek Szczawelski Przy obecności Krzysztofa Wiechowskiego Wszystko to wszystko effect [...] kotorych [...]

Actum In Castro Petricoviensi Feria
Secunda post Dominicam Iudica Qua-
dragesimalem proxima, Anno Domini
Millesimo Septingentesimo Decimo Octavo

Coram Generoso Boguslao Starczewski ad Actum Insra-
scriptum in rem et Personam Mgci Stanislai de Ostrow Ry-
chtowski Vexilliferi Syradiens Vicecapnei et Iudicis Loci praesent
ac Iudiciorum Tribltis Regni ex Palatu eod Syradiens Vice Mareschal
serviens recognoscens, tantum assumpto Subdelegato, munus
hoc subdelegationis sub inse libere assumente, necnon Offi-
et Actis praesent Castrens Capitans Petricoviens personaliter Compa-
rens, Mca Sophia de Korwadow Przerembska, olim Mgci Sta-
nislai Comitis in Przeremb Przerembski Vexilliferi Palatus Sy-
radiens Consors Relicta Vidua, sana, recedendo recognovit
Quia ipsa Gnosis Matthiae Petro et Mariannae Pegowskim Ge-
nerosorum Floriani Pegowski et Annae Rzyczka Coniugum Legi-
timorum Filijs et Filiae, et eorum Successoribus, Summam Octingen-
torum Quinquaginta Flor Polon, de manibus Mgci Stani-
slai de Ostrow Rychtowski Vexilliferi Syrad, Vicecapnei et Iu-
dicis loci praesent, ac Iudm Tribltis Regni Vice Mareschalci leva-
tam, modo debiti simplicis, hic pro Crastino Festi Nativita-
tis Sti Ioannis Babtistae proxime Venturo, se de Bonis Suis
generaliter Cibus Summisq quibusvis pecuniarijs, et praesertim Sum-
ma in Bonis Prawno haerenti, seq Recognoscens quovis Iure
Concernens soluturam, Idq Sub Vadio simili Inscribit,
Quod si vero et inquantum, Summam eandem, pro tempore
Solutioni praefixo non persolverit, extunc debebit ac tenebitur de
ipsa provisionem Annuam per Florenos Decem a Centum
quot Annis pro quolibet, Crastino Festi eiusd, quousque in
Bonis Suis haerebit, ad manualem, sive Authenticam eorum
quietaonem pendere et realiter persolvere Idq Sub Vadio
provisioni Annuae Correspondenti, Salvo nihilominus Iure Adv-
talitio praedictis, Gnosis Pegowskim Parentibus super eandem
Summam


Summam Originalē et provisionalē ips iuxta Originalem Inscriptionem Serviente pleno in vbore reservato, Citata hic respondebit pemptorie, Tum in Super eād recognoscens Mēa Przeremska Vexillifera Syradiens, mediante Suprasoro recessu suo memerato Mīo Zychtowski Vexillifero Syradiens, aquo eadem Summa processit, et eius Posteris Inscribit Submittit, et Obligat in eo. Quod Ipsa debebit ac tenebit Circa Solutionem eiusq Summē Ipsam in Bonis mundis et liberis, ita ne pereat, impedimentūq Occasione eius non habeat locare; In Casu vero Malē locationis et impedimenti illum tueri, et Evincere; Idq Sub Vadio [illegible]tingentorum Quinquaginta Florens Polons Citata hic [illegible]debit peremptorie

Ex Prothocollo Actorū Castrēs Denicovies Extract.

Waliszewski

Felicianus de Krzempa Swięcki Notarius Castren Petricoviensis

Ł. Oyrzanowski



Siedlnica 71

Actum in Castro Petricoviensi Feriâ Secundâ post Festum Visitationis Gloriosissimae Virginis Mariae proximâ, Anno Domini, Millesimo Septingentesimo Decimo Octavo.

Coram Gnoso Stanislao Mikarski, ad Actum infrascriptum in rem et Personam Illmi et Mgci Stanislai de Ostrow Rychłowski, Vexilliferi Siradiensis, Vicecapitanei et Judicis Loci eiusdem, Vice Mareschalci Tribunalis Regni, Serviens tantum assumpto Subdelegato, Munus hoc Subdelegationis suae in Se libere assumente, Necnon Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Petricoviensibus personaliter Comparens Gnosus Ludovicus Starzewski, Nomine et ex Commisso ejusdem Principalis Sui, Obtulit Officio praesenti ad Acticandum et Actis praesentibus ingrossandum donationem Bonorum infrascriptorum ex Actis Castrensibus Lublinensibus authenticam emanatam infrascriptam Tenoris talis: Actum in Castro Lublinensi Feriâ Secunda post Festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proximâ, Anno Domini, Millesimo Septingentesimo Decimo Octavo. Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Capitanealibus, in Castro Lublinensi, Illmus et Mgcus Georgius in Warszyce Warszycki, Castellanus Lanciciensis, Petricoviensis Boleslaviensis Capitaneus, Sanus Mente et Corpore existens, Foro Competenti Omisso et Jurisdictione propriâ postdabitâ praesenti vero in Se posteros, ac Bona Sua Omnia quo ad Actum hunc, benevole assumpta publice libereque Recognovit.

87

gnovit; Quia Ipse Bona sua propria et hæreditaria infrascripta, videlicet totam et integram Villam Pietnica, cum attinentijs in Palatinatu Siradiensi Districtu Radomscensi, Sita et jacens, adpræsens in Obligatione Gnosi Joannis Gawronski, Thesaurarij Lanciciensis, in Summa Viginti Sex Millium Florenorum Poloniorum existens, quam Sibi infrascriptus donatorius, proprio peculio eximere tenebitur, cum Omni Bonorum eorundem Seu Villæ Memoratæ Iure, dominio, proprietate, propinquitate, tituloque hæreditario, tum cum fundo, Areis, Ædificijs, Structuris, Sepibus, Sepimentis, hortis, pomarijs, Pascuis, pascuarijs, expulsorijs Villagijs, Agris, pratis, Campis, Syluis borris, gajis, Nemoribus, indaginibus, Rubetis, Mericis, Virgultis, Apibus, Apiiterijs, Mellificijs, Lacubus, paludibus, Fluvijs, fluminibus, Rivis, Rivulis, Torrentibus, Aquis, Earumque Singulis decursibus, et tractibus Universis, Stagnis piscinis Molendinis Molendinatoribus, Eorumque Metretis Tabernis Tabernatoribus, Necnon Subditis tam profugis quam adpræsens Residentibus, Kmethonibus, hortulanis, Inquilinis, Colonis Eorumque Casis, dierum Laboribus, Censibus, Dationibus, Obventionibus, ac quavis eorundem Subditorum Obedientia, Omnibusque et Singulis Bonorum Eorundem Seu Villæ cum Attinentijs memoratæ utilitatibus, Fructibus, Proventibus,

Redditibus

Redditibus attinentijs et pertinentijs ac Com-
modis, et Emolumentis ex iisdem Bonis, modo
quovis provenientibus generaliter Universis, Nullis
penitus exceptis, nec pro se Suisque Successoribus
Seu quopiam Alio reservatis, Sed omnibus in
genere et Singulis in Specie Comprehensis, ge-
neri per Speciem et è Contra in Nullo derogando,
verum ita late, longè, ac Circumferentialiter,
prout praefatorum Bonorum seu Villae me-
moratae haereditas, Se in Suis metis et limiti-
bus ab Antiquo extendit, et protrahit estque,
ab Alijs vicinis Contiguisque fundis Signis
Metalibus, et Scopulis, granitialibus ab An-
tiquo distincta et distimitata, ac prout eadem
Bona seu Villam cum attinentijs memoratam
Ipsemet Recognoscens ab Antecessoribus suis
tenuit habuit et possedit, tenereque habere et
Possidere debuit ac Ipsum quovis Juris titulo
legitime Spectabant, et Concernebant, ijdemque
uti fruebatur Jam ex nunc et de facto, Illu-
stri et Mag[nifi]co Stanislao Rychtowski, Vexillifero
Siradiensi Vice Capitaneo et Judici Castrensi Pe-
tricoviensi, Vice Mareschalco Tribunali Regni
et Ipsius Successoribus dedit, donavit, in-
scripsit, et Resignavit, prout praesentibus
modo puro, mero, et irrevocabilis Dona-
tionis dat Donat Inscribit et Resignat,
per eundem Donatorium suum et Ipsius,

Successores

Successores, tanquam veros ac legitimos hae
redes Bona praefata praesentibus Donata
et Resignata cum omni uti praemissum
est Jure Dominio Proprietate propinquita
titulo[que] haereditario tenendi, habendi, possi
dendi, Dandi, Donandi, Vendendi Commutan
di, Alienandi Resignandi, in suos[que] et su
rum Successorum quosvis beneplacitos usus
libere Convertendi, temporibus perpetuis,
et in eum, Inscriptionis praesentis Do
natoriae vigore. In qua quidem Bona se
villam memoratam praesentibus Donatam
et Resignatam, Intromissionem realem
et Actualem Pacificam[que] Possessionem per
Ministerialem quemvis Regni Genera
lem et Nobiles duos praesentes Deputat
quandocun[que] voluerit, acceptandam, Eidem
Donatorio suo et Ipsius Successoribus, j
exnunc dare et libere admittere, datam
et admissam, tam per se suos[que] Successores
quam per alias quasvis Submissas et
Subordinatas personas, non adimere ne
praepedire, ac Ipsum illius[que] Successores
in Bonis Praefatis praesentibus Donatis et
Resignatis, modo quovis non injuriari, Qui
imo, Eundem Donatorium suum et

Ipsiu

Ipsius Successores ab Omnibus Onenibus Juribus Debitis Simplicibus et Inscriptis, Inscriptionibusq; quibusvis prioribus, et posterioribus, Dotum, Dotalitionum Reformationum, Obvitalitatum, ac Ulterius Cujusvis Tituli Juris Processibus, Judiciarijs Impedimentisq; quibusvis Juridicis, Bona præfata præsens Donata et Resignata modo quovis afficiens, et aggravans, Omnium et Singularum Personarum, Status Sexûs et Conditionis Cujusvis existens per omnes præscriptiones Terrestres, prout ad quamlibet Personam Terrestris spectat et pertinet, Præscriptio in Omni Judicio et Officio Regni, tam in toto quam in Parte toties quoties Opus fuerit, tueri, defendere evincere et intercedere Bonaq; præfata præsentibus Donata et Resignata Semper munda et libera facere redderesq; prædictus Recognoscens suis cum Successoribus in et Super Bonis suis qulr omnibus hæreditarijs et Obligatorijs, Mobilibus et immobilibus, Summisq; quibusvis pecuniarijs nunc habitis et in posterum habendis eidem Donatorio suo et Ipsius Successoribus Inscribit Se Submittit et obligat, Idque Sub Domnis Terrestribus, Simplici verbo absq; quovis Corporali Juramento taxandis, et edicendis per Se Reco-

gnoscens

gnoscentem Successoresq[ue] suos in casu non com-
pletionis praemissorum Omnium et Singulor[um]
Inscriptionis praesentis Donatoriae Contentorum
ad solvendum seorsim et Specialiter toties
quoties opus fuerit Succumbendis, Pro quibus
quidem damnis Terrestribus taliter ad
solvend[um] Succumbetis ac pro re aliqua
Principali, et praemissis non completa, ni-
